



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De peccatorum circumstantijs. cap. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

4 *Tertium*, vt in peccatis carnalibus non descendat nimis ad peculiare circumstantias, singulas quasque minutatim interrogando, ne seipsum, aut poenitentem ad aliquam delectatione alliciat: etenim quemadmodum docet Philosoph. a & S. Tho. b delectabilia tanto magis mouent, quanto particularius considerantur. Quocirca cum de pollutione voluntaria, & extraordinaria, vel de fornicatione interrogat, nihil de modo perpetrandi disquirat, satis est enim dicere, quoties id commiserit, modo id explicet, quod necessarium est ad ipsius peccati naturam & speciem dignoscendam, citra descensum ad aliquas turpes circumstantias peccati. Quod adeo verum est, vt nullatenus poenitenti permittere debeat nimis distincte illas exprimere, e & consequenter summam tantum debet interrogare de oculis, amplexibus, alijsque tactibus impudicis, eos, qui non sunt obstricti matrimonio: illos autem qui obstricti sunt, magis perfunctorie, vel nihil profusus, vel solum ad intelligendum, an aliqua extraordinaria pollutio fuerit subsequuta: vel an illi tactus fuerint cum probabilis pollutionis periculo, quoniam alia, aut non sunt peccata, aut non sunt nisi venialia, vt recte Caietanus d explicuit, & inferius dicitur. Imo & cum circa hoc aliquid confessarius interrogauerit, honestis vocabulis vti debet, neque turpiter nomet quod est turpe audire.

a 3. Ethicor.
b Quolib. 1.
q. 5. art. 9.

e Vii post 20
hos in d. pa.
rag. diligens,
diximus.

d 2. 2. qu. 54.
art. 2.

o Arg. princ.
pij proemij
decretalium

De circumstantijs peccati.

CAPVT VI.

- 1 Circumstantia quid: & que sint eius species, nu. 2.
- 3 Circumstantia mutans speciem, necessario confitenda.
- 4 Circumstantia prohibita alia lego, quam ipsum peccatum, vt confitenda.
- 5 Circumstantia extenuans peccatum quando confitenda.
- 6 Circumstantie que necessario confitenda. nu. 7. 8. & seqq.
- 13 Circumstantie persone & religionis quando confitenda.
- 14 Circumstantia conscientie contraria quando confitenda.
- 15 Circumstantia numeri non est proprie circumstantia.
- 16 Peccati numerus vt augetur iterando, continuando, & interrompendo, nu. 17. & 18.
- 19 Poenitens potest vno verbo mille peccata confiteri.
- 20 Circumstantia oblita potest confiteri, peccato non confesso.

a Cap. con-
deret. de poe-
nit. 5. l. aut
facta ff. de
poen. ca. sicut
dignum de
homicid.
b Ibidem.
c c. 2. q. 7. & in
4. l. sent. di. 16
d Ibidem.
e 3. par. tit. 27.
c. 17. parag. 4.
Gerl. 2. par.
fol. 170.
f In princ. d.
nsp. confite-
re.

DE peccati circumstantijs dicimus primo, quod peccati circumstantia iuxta mentem iuris a Panor. & aliorum interpretum b S. Thomae c & omnium aliorum d & Antonini, e quos retulimus f alibi, est quoddam accidens actus humani, qui peccatum est.

Dixi, *Accidens*: quoniam nulla circumstantia actus est eiusdem substantia

substantia.
fit, vt actus
iunctam cir-
tia sit illud,
xi: sed illius
quati Alex
2 *Secund*
ptem, qua
xilijs, cur, q
bis placet,
lo Palud po
eo Quibus an
peccati mu
3 *Tertio* di
& sola in fa
qua efficiu
talia: vel qu
vt sint alter
propter alia
ciem, siue se
m pertracta
secundum S
specialem ro
vero illa tur
busque praec
Diximus
in altero inc
prohibens h
uimus, & in
te quorum e
runt Hispan
dixerit, nos
peccati speci
cumstantia, c
speciem vni
mutat specie
cessario conf
loquatur exp
peccati, intel
ex se bonum
de illa, qua f
ferum, sit tal
suam essentia
facit de bono
respectu, vt
to post dicit
Concilium n

substantia. Dixi, *Actus humani, qui peccatum est*: quoniam saepe fit, ut actus, qui secundum se non est peccatum, sit tale ob adiunctam circumstantiam. Cum enim tunc ipsamet circumstantia sit illud, in quo peccatum consistit, non est accidens peccati: sed illius rei, quae peccatum est, sicut nos g elucidauimus sequenti Alexand. Halensem. *h*

2 *Secundo* dicimus, quod circumstantiae actus moralis sunt septem, quae continentur in illo versiculo: *Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando* (relato à S. Thoma.) quia magis nobis placet, quam ille Palud. & uti nos diximus. *l* quoniam in illo Palud ponitur verbum *Quoties*, quod numerum denotat, loco *Quibus auxilijs*: & numerus non est circumstantia, sed potius peccati multiplicatio, ut ibidem tradidimus.

3 *Tertio* dicimus, quod harum circumstantiarum omnes illae, & solae in sacramentali confessione necessario exponi debent, quae efficiunt opera, quorum sunt circumstantiae, peccata mortalia: vel quod illa, quae sunt mortalia vnius speciei, fiant etiam, ut sint alterius: vel quod est mortale ob vnam causam, sit etiam propter aliam: siue mutent opera ipsa ex vna in alteram speciem, siue secus: iuxta communem opinionem, quam copiose pertractauimus: & solae illae, & omnes sunt huius generis, quae secundum S. Thom. *n* ultra malitiam eiusdem operis, habent specialem repugnantiam cum ratione. Secundum Scotum vero illae sunt in confessione aperienda, quae diuersis, specialibusque praecipis prohibentur.

Diximus *Specialibus*: quoniam non sufficit esse talia, quod vnum in altero includatur: qualia sunt lex prohibens omne malum, & prohibens homicidium, quod etiam in dicto principio o probauimus, & in corolarijs sequentibus speciatim explicabimus. Ante quorum explicationem admonemus, quod postquam haec fuerunt Hispane excusa, Conc. Trid. p definiuit, hereticum esse, qui dixerit, nos non teneri ad confitendum circumstantias, quae peccati speciem mutant, quod quidem est intelligendum de circumstantia, quae speciem peccati venialis mutat in mortale, vel speciem vnius mortalis in aliud mortale, non autem de illa, quae mutat speciem vnius venialis in aliud veniale, quod non est necessario confitendum, iuxta gloss. *a* Et quauis praedictum Conc. non loquatur expresse nisi de illa circumstantia, quae mutat speciem peccati, intelligendum tamen est etiam de illa, quae opus alioquin ex se bonum, vel saltem non malum facit mortiferum: imo etiam de illa, quae facit, ut opus, quod ob vnum respectum est mortiferum, sit tale ob alterum: quamuis species operis, quantum ad suam essentiam, minime mutetur: quoniam circumstantia, quae facit de bono malum, vel de veniali mortale, vel de mortali vno respectu, ut sit tale altero, dici potest mutare speciem, ut multo post dicitur infra. *b* Ratio enim, quae ad hoc definiendum Concilium mouit, est, quod confessorius est index, qui in causa

g In d. c. cor-
sideret. nu. 3.
h In 4 par. q.
77. ar. 2. co. 2.
i In d. q. 7.
art. 3. in cor-
pore quare.
k In 4. d. 16.
q. 1. ar. 1. in
prin. d. c.
consideret. n.
l Circūstantia
quae confitē-
tenda.

m Ibid. n. 9.
n In d. dist. 16.
q. 4. ar. 2. q. 3.

o Num. 74.

p Sess. 4. c. 5.
& canon. 7.

q Cap. omnis
de pen. & re-
miss. recep.
ibi, & in 4.
li. sent. di. 17.

r In illar. 4.
nu. 5. & 169.

g pccati

penitentis non posset æquam ferre sententiam absque manifestatione circumstantiis, quæ mutat speciem peccati: quæ quidem ratio militat etiam in tribus prædictis circumstantiis: quare idem iuris debet esse de omnibus. e

e l. illud ff. ad
Aquil.

Ex prædictis infertur primo, non esse confitendas illas circumstantias, scilicet esse peccatum commissum in secunda, vel tertia feria, aut in prato, vel vinea, manu dextera, vel sinistra: quoniam per has nullum prædictorum trium fit: siquidem non fit mortale quod sine illis esset tale, neque etiam fit lethale alterius speciei, neque alio respectu.

Infertur secundo, quod peccans ob fiduciam, quod postea per confessionem veniam obtinebit, non tenetur de necessitate id confiteri: quia non est circumstantia adeo peccatum aggravans, imo potius minuit, ut inquit Caietanus, d. quidquid Bonavent. e insinuaverit.

d. 1. 2. q. 2. ar.
2.
c. in Apolo.

4. Infertur tertio, quod is qui furatus est aliquid sacrum, vel ex loco sacro, non satisfacit dicendo, se id furtum fecisse, sed oportet exprimere, esse rem sacrã, vel de loco sacro surreptam: nam hæc circumstantia efficit, ut quod est mortale unius speciei, aut uno respectu, fiat etiã alterius, vel altero respectu: eo quod specialiter prohibetur lege particulari alia, distincta ab illa, quæ furtum prohibet, quæ quidem præcipit, ne quid sacrũ, aut de loco sacro surripiatur. Id quod etiã est dicendũ de homicidio & fornicatione in loco sacro perpetratis: per hæc enim circumstantiã fiunt mortalia alterius speciei, eo quod ob aliũ respectũ, quam legis divinæ, lege scilicet humana speciali prohibentur. g

f. Ep. quif.
quis, 1. 7. q. 4.

g. Cap. pro-
positis, de
vot. sac. eccl.
vel aliar. &
quæ eccl. de
consec. dist. 1.

Infertur quarto, eum qui cum coniugata, vel religiosa, vel cognata rem habuit, non satisfacere confitendo se cum femina concubuisse, quoniam debet exprimere fuisse coniugatam, religiosam, vel consanguineam: nam in primo casu est proprium adulterium: in secundo vero sacrilegium: in tertio autem incestus: & consequenter, quod erat mortale unius generis, efficitur alterius. Is item, qui deliberaverit furari, ut possit rem habere cum religiosa & coniugata, tenebitur confiteri furtum, sacrilegium, & adulteriũ: nam etsi tria hæc sint unus interior actus voluntatis, ille tamen ex triplici causa, eaque diversa est crimen mortale. Siquidem trifariam rationi pugnat, & tribus etiam distinctis, & specialibus legibus prohibetur.

Ex quibus facile colligas responsum ad questionem nuper nobis propositam: An scilicet coniugatus, qui rem habuit cum uxore aliena, teneatur declarare non solum se esse coniugatũ, sed etiam illam, cum qua rem habuit? Resolvenda est enim affirmatine: quia est circumstantia quæ per se sola mutat speciem peccati, & ita est confitenda per prædicta.

Infertur quinto, quod omnis circumstantia finis, prohibita per aliã legem speciale & diversã ab illa, qua principalis actus prohibetur, debet in confessione explicari: cuiusmodi est circumstantia

furantis

furantis ad fo

Infertur sexto
derrimẽto (q
hac intention
mentiretur.
per illam effi
s. Septimo, q
peccatum ex
ab ea prouoc
ab illa: siquid
in hoc dixit s
ad hoc aiebã
positum iuris
f. videlicet, qu
bet, quia in c
plicet, tum q
efficaciter co
mat, se ipsum
habet, nihil i
Bonaventura
manifestare i
ve efficiant n
quod alias fu
bi, quæ nullu
nium in Qua
nitentem int
sionem alicu
6. Infertur oct
stantias, quæ
vel ex magis
babilior hab
illud non est
cici mortalis
firmauimus,
Marfil. e. cõn
in circumstan
à quo ibi dif
Et quam
quod Marfil
ea discodere
Tum quia
in perquire
etiã sine p
grauantium
iltas, & Deu
cile, iuxta n
Tum quia

furantis ad fornicandum, occidendū, vel percutiendū alterum.

Infertur sexto, eum qui meretur ut alios delectet, sine alterius detrimēto (quod est mendacium iocosum, & veniale tantū) hac intentione, ut etiāsi intelligeret esse mortale, nihilominus mentiretur. teneri illam circumstantiam confiteri, quoniam per illam efficitur mortale, quod sine illa non esset tale.

Septimo, quod non tenetur illas circumstantias confiteri, quę peccatum extenuant. Unde quia peccavit cum muliere quadā ab ea provocatus; non tenetur confiteri se esse provocatum ab illa: siquidē id peccatū extenuat, per cap. significavit, a quod in hoc dixit singulari Felib & per l. si adulteriu cum incestu, c que ad hoc siebat singularem lason: d aptissimus tamē ad hoc propositum iuris textus, e imo opinio cōmunis, quā sequebamur, f videlicet, quod pœnitens illam circumstantiam subtrahere debet, quia in confessione seipsum excusare non debet, aunc displicet; tum quia nulla lege aut ratione falcitur, qua id possit efficaciter probari; tum quia, quocumq; modo illā exprimat, se ipsum sufficienter accusat, imputando sibi culpā quam habet, nihil illi detrahens, neque adijciens. Tum quia secundū Bonaventuram, a & communē, quam b secuti fuimus, tenetur manifestare illas circumstantias extenuantes, quę ita extenuāt, ut efficiant non esse peccatum, vel ad summum veniale tantum, quod alias fuerat mortale, qualis est circumstantia grauis morbi, quę nullum, vel veniale tantum peccatum facit esum carnium in Quadragesima; & etiā quando eas Cōfessarius pœnitentem interrogat; vel quando ex earum occultatione occasionem alicuius mali idem Cōfessarius apprehenderet. c

Infertur octavo, quod quamuis sit laudabile confiteri circumstantias, quę ita peccatum adaugent, ut illud ex paruo magno, vel ex magno maius efficiant; opinio tamen cōmunior & probabilior habet, hoc non esse necessarium, quādo augmentum illud non est in causa ut veniale mortale fiat, vel alterius speciei mortalis, vel alio respectu, quod nos vbi supra copiose cōfirmauimus, & satis declaratum est nūc per Conc. Trid. d licet Marsil. e cōmunem istam sententiam restringat, ne sit ei locus in circumstantiam, quę clare & manifeste peccatum adauget: à quo ibi discessimus ob multas variasque considerationes.

Et quamuis post hæc Dominicus Sotus asseruerit idem quod Marsilius contra communem, non tamen debemus ab ea discedere.

Tum quia Cōfessarij tam magnam inveniunt difficultatem in perquirendis omnibus circumstantijs mutantibus speciem, etiā sine perquisitione non mutantium, sed notabiliter aggrauantium, ut putent quasi impossibile perquirere has & illas; & Deus non obligat ad impossibile, neque ad nimis difficile, iuxta mentem S. Thomæ. f

Tum quia multi pœnitentes remanent cū magnis scrupulis,

a De po a. 8
remiss.
b In c. dilect.
de except. c.
parag. Imperatores, ff. a
li. f. ubi, de
adulter.
d In l. vt vint
ff. de iudi &
ru.
e In d. c. con-
sideret, verb.
tentatione,
de pœn. di. re
f In d. ca. cō-
sideret, nu. g.
a In 4. l. sen-
dit. c. 6.
b Vbi supra.

c Arg. e. nō-
hil, de prag
script.

d Sess. 14. c. 29
5. & cau. 6. de
contrario
sensu.
e In l. 4. sen-
dit. c. 6.

f In 4. l. sen-
dit. q. n. q. 7.
ar. 7. & Con-
Trid. sess. 14.
& cau. 5. p. 1.

an confessi fuerint bene aut male, videntes pauca peccata esse vnus speciei, quæ non sint maiora vel minora notabiliter, quã alia eiusdem, ratione personæ, loci, moræ, modi, præludiorum, aut consequentium, & ita fiunt importunissimi confessarijs, redeuntes ad se reconciliandum, & dicentes, cõfessi fuimus peccauimus, percussimus, fornicati fuimus, sed non diximus tempus, quod in eo consumpsimus, neq; quod paulo ante, aut post diximus, aut fecimus hoc, vel illud quod augebat peccatum.

7 Et vix est vlla via alia sedandi, & tranquillandi eos, quam docendo, illas circumstantias non esse necessario confitendas: quia non mutant speciem saltem in genere moris.

Item quia peccator non tenetur, vt afferit communis & idẽ Sotus a confiteri mala verba, signa, & gestus, quæ antecedunt homicidium, aut percussionem: sufficit enim dicere, interfeci, percussi, neque oscula, & alia multa turpia, quæ præcedunt fornicationem: sufficit enim dicere, Fornicatus sum.

Neque cogitationes & voluntates apparatus ad furandũ, vel committendũ alia delicta: imo satisfacit vltimum actũ confitendo, vt dixit Sotus post alios, b dicendo: Percussi, interfeci, decies fornicatus, furatus fui toties, &c. Tum quia sanctũ Cõc. Trid. e cui interfuert, vti doctissimi & sanctissimi, qui de his opinionibus in scholis disseruerunt, declarauit circumstantias, quæ mutant speciem, esse confitendas. d Tum deniq; quod interest plurimum ad salutẽ animarum, vt amemus, & non horreamus confessionẽ: in quod iuuabit alleuiatio eius ab omnibus illis oneribus & difficultatibus, à quibus potest leuari, iuxta eius institutionem diuinam, & declarationem sanctę matris Ecclesię: *Iugum enim Domini suauẽ est, & onus eius leue.* e

Neque obstat, quod quidã dicitur dubitare de hac nostra sententia, quam nobiscum fatetur esse communem, allegans pro ea multos, quos nos nõ citamus, eo quod legit aliquos graues auctores contrarium tenere, quos nos etiam legimus, sed intrepide hanc partem elegimus. Tum per fundamenta quæ hic, & in alijs locis à nobis citatis traduntur. Tum quia puto eos, qui dubitant, cauere sibi debere, ne fere semper eos post auditas, vel factas confessiones conscientia mordeat, dictãs, se non satis inquisisse, vel expressisse grauitatem peccatorum, quam circumstantia intensiois, & extensionis actus, aut irreuerentia, contemptus, temporis, loci, personæ, & aliæ inducunt.

8 Quibus addo, quod quamuis hæc nostra, quę, vt diximus, communis est opinio, videatur facere pro alia cõclusionẽ prædicti Soti. f de qua nuper interrogati fuimus, non tamẽ videtur nobis vera. Illa enim conclusio habet, nõ esse necesse cõfiteri virginitatis circumstantiã, id est, quod is qui confitetur, est virgo, s; voluntas fornicandi non peruenit ad actũ, quamuis secus sit quando peruenit. Non inquam, videtur vera. Tum quia peccata voluntatis, oris & operis, sunt eiusdem speciei, & non diffe-

a In 4. dist.
187. r. ar. 2.

b In dia. ar. 2.

c Præcitata
sess. 14. c. 5. &
con. 7.
d Arg. l. 1. ff.
de offi. eius
ca. & ca. cum
Apostolica,
de his quæ
sunt a prel.

e Matth. 11.

f In dia. dist.
187. r. ar. 2.

runt, nisi quæ
fra: & acõse
copulam cõ
stuprũ real
confiteri ill
fiteri, qui e
luxuriæ sit
species lux
ruptus, vel
stantiam, q
rio esse con
dictum est.
nio commu
speciem pec
tante. Vide

Primo, nõ
tum, vt ratio
num synod.
eertę cuiusd
quod absolu
9 Secundo p
tia, quæ hab
ea sit Papali
copalis, e gr

Tertio lim
terrogat, &
incommodi
burgo, qui fu
co citato ab
10 Quarto
sario confite
nõ esset tale
esset opus se
iuxta S. Th.
damentis, re
dinalem Cai
doctissimos
opinionem t
munis opini
mus: nempe
fiat aliquod
tentione & p
11 Quinto dic
secrati, licet
cessitate cõf
lãdi per illud
alias nõ esse

runt, nisi quod alia sunt magis perfecta quā alia, ut dicemus infra: & acōsequenter stuprū mentale, quod est volūtas habendi copulam cū virgine, aut cū sit virgo, erit eiusdē speciei, cuius stuprū reale, quod est ipsa copula; & si quis eam habuit, debet confiteri illam circumstantiam, ut ipsemet ait, etiā debet confiteri, qui eam voluit habere, licet non habuerit, cū alia species luxuriæ sit, velle fornicari cū virgine, vel cum sit virgo; & alia species luxuriæ sit velle fornicari cum corrupta, vel cū sit corruptus, vel corrupta. Tum quia Conc. Trid. *b* declaravit circumstantiam, quę mutat peccati speciem ex vna in aliam, necessario esse confitentiam: qualis est hęc, de qua loquimur, ut prædictum est. Tum denique, quia non facit pro eo prædicta opinio communis, quia loquitur de circumstantia non mutante speciem peccati: conclusio vero eius de circumstantia illā mutante. Videatur tamen nobis hęc cōmunis opinio restringēda.

a In c. 16. n. 9. post 3. Tho. 1. 2. q. 52. ar. 7

b Sess. 24. c. 5. cau. 7.

Primo, nō procedat in circumstantia, quę sic auget peccatum, ut ratione ipsius fiat reservatum, saltem ex vi constitutionum synodaliū, quę solent aliquando furta aliqua, & damna certę cuiusdam quantitatis Episcopo reservare, vel addere quod absolutio, siue restitutio fiat certo quodam modo.

Secundo posset etiam restringi, ne procedat in ea circumstantia, quę habet annexam excommunicationem, vel efficit, ut ea sit Papalis, quemadmodum leuis percussio clerici est Episcopalis, *c* grauis vero est Papalis. *d*

c Cap. perusini: de sent. excom. vbi textus singularis.

d Cap. si quis quadam. c. 17. q. 4.

Tertio limitatur in ea circumstantia, quam Confessarius interrogat, & nō potest sileri absque periculo alicuius spiritualis incommodi, ut recte asseruit Syluester, *e* quamuis Ioa. de Friburgo, qui fuit auctor summę confessorum, id nō dicat in loco citato ab eo, *f* neque etiam vbi de hac materia tractat. *g*

e In summa verbo conf. 1. qu. 9.

f Lib. 5. tit. 33. qu. 1.

g Lib. 3. tit. 34. q. 2.

Quarto dicimus, quod circumstantia diei festi nō est necessario confitenda: quoniam nō facit esse lethale, quod sine illa nō esset tale: neque alterius speciei talis, neq; alio respectu, nisi esset opus seruile in festis prohibitum, quale nō est peccatum iuxta S. Th. *h* Quam asseritionem confirmauimus *i* multis fundamentis, respondendo toridē alijs oppositis, secuti in eo Cardinalem Caeteranum, & resolutumq; Syluestrum, *l* vbi testatur doctissimos quosque ordinis Dominicani conuenisse, & hanc opinionem suscepisse; & Iacobum Almaynū. *m* Quamuis communis opinio posset in duobus casibus obseruari, sicut diximus: nempe quando eo sine peccatum committitur, ut in eo fiat aliquod opus manule prohibitum in illo die, & quando intentione & proposito violando festū lethale crimē admittitur.

h In 3. lib. sent. dist. 37. art. 5. q. 2.

i In dicto e. consideret. n. 1. & seq.

k 1. 1. q. 7. & 2. 2. q. 111. ar. 4.

l In quolibet 10. 8. in summa verbo diei festus.

m In 4. lib. sent. dist. 173. col. 24.

Quinto dicim⁹, quod circumstantia diei ieiunio vel orationi cōsecrati, licet videatur aliquā tulū augere peccatū, nō est de necessitate cōfitenda, nisi peccatū perpetretur cū proposito violandi per illud huiusmodi diē. Quoniā nō efficit mortale, quod alias nō esset tale, nec mutat in speciem mortalis, nec facit, ut

n Ibid. n. 40.



nouo respectu sit tale, quorū aliquod requiritur ad hoc vt circumstantiæ confessio sit necessaria, vt supra dictū est, & probauim⁹.

Sexto dicimus, quod quamuis circumstantia loci sacri omne peccatum grauius reddat secundum accidens; tamen non est necessario confitenda, nisi quando ipsum opus peccati sanctitati, vel immunitati eiusdem loci directe contrariaretur, qualis est humani sanguinis, vel seminis effusio, vel violēta abstractio eorum, qui ad loca sacra cōfugiunt. Quoniam in his, quod erat mortale propter vnam causam, fit etiam mortale propter alteram, b vel quod peccatum non erat, aut solum veniale, ex genere suo, ratione talis circumstantiæ fit mortale; vt est actus coniugalis inter virum & vxorem ibidem sine causa iusta exercitus, qui quidem in alijs locis peccatum non esset.

12 Septimo, quod qui in Ecclesia committit peccatum aliquod superbiæ, periurij, aut gulæ, &c. non tenetur necessario confiteri circumstantiam loci sacri: neque qui existens in eodē loco desiderat occidere, ferire, vel fornicari extra illum, dummodo non cupiat id committere in eodem. Nam qui tale desiderium conciperet, etiam si extra locum sacrum existeret, circumstantiam sacrilegij, quod in eo admittit, confiteri teneretur.

13 Octauo dicimus, quod quamuis circumstantia propriæ personæ aliquando peccatū augeat, quia ceteris paribus plus peccat dignitate aliqua præditus, quā priuatus, d & prælatus plus, quam subditus; e & sapiens plus, quā ignorans, f & multo plus ille qui affectat ignorantiā, vt liberior peccet, quā peccaret sciens, g & bonus plus quā malus, & melior quā minus bonus, & licet propterea vtile sit huiusmodi circumstantiam cōfiteri, non tamen cōmuniter necessarium est, quoniā illa, vt plurimū, neq; ex veniali facit mortale, neq; ex mortalivnius speciei mortale alterius, neq; ex mortali vno respectu, mortale alio propter aliū finē. At vero quando hoc fieret, puta cū agitur contra votū, vel contra statū voto firmatū, vt cū religiosus fornicatur, circumstantia personæ cōfiterenda est, quoniā tūc aliquod ex illis tribus prædictis efficitur. Quod quidē nō ita fit, quādo religiosus blasphemar, vel quoduis crimē, quod nō est cōtra sua vota, vel regulā, quam est professus, admittit, vt post Caie. a diximus. b Circūstantiā enim religionis cōmuniter nō facit esse mortale, quod suapte natura nō erat tale; neq; etiā facit esse alterius speciei, quod ex se nō erat alterius. Et ita patet responsio ad id quod nuper questum fuit: An scilicet religiosus, qui fornicatus est, teneatur confiteri se esse religiosum; nam per prædicta est palam eū ad id teneri.

14 Nono dicimus, quod tunc demum, & non alias est necessarium confiteri circumstantiam, quod peccauerit contra conscientiam, quando opus effectum ob nullam aliam legem, sed solum propter conscientiam erroneam tantum fit peccatum: tūc enim solummodo vnum ex tribus illis prædictis, & non alia efficere manifestum est, sicut nos c nouē declarauimus.

15 Decimo,

¶ In princ. d.
de confide.
rer. no. 3a.
verl. ad pri.
mum.

¶ Arg. 2. ecel.
de conf. di. 1.
de. proposui
di de conse.
ecl. & c. 1.
god. ii. li. 6.

¶ Vtin princ.
cipio d. 10
cap. confide.
rer. nu. 21. di.
ximus.
¶ Cap. homo
de. dist.
¶ Cap. præci.
pno 11. q. 3.
¶ Cap. sicut
dignum, de
homic.
¶ Cap. prau.
ty. dist.

¶ 1. 2. qu. 7.
ar. 2.
¶ In di. prin.
de confidare.
qu. 30.

¶ De numero
peccatorum
confitendo.
¶ Vbi supra,
nu. 90. & 91.

15 Decimo,
sed additio
non circumst.
à priori. Circ.
esse satis dic.
verbū illud,
binario; sicut
affirmatiuū
re, merito ta.

Secundū, p
peccatorum
tum cōmissi
debet secun
da, aut men
nere numero
præ pudore
subticeret, in
recordetur,
cum tamē id

Tertium, sati
ter manifest
rata & expo
& virginitat
post conuer
poris spatio
Cardinalē C

16 Quartū,
tū perseveran
prædictam s
mus, eum c
satisfacere c

16 Quartū,
ties peccatu
renouatur,
peccatis int
hærelis: nō
mantur: nā
riori perficia
vadit in lon
itinere, quo
tatur: hic en
tum, licet
principio s

Ex quo in
ri, etiam si d
interrumpa
nente eader
quam delict

Inferitur *secundo*, quod omnes actus interiores & exteriores, qui tantummodo sunt veluti quedam via ad vnicum peccatum perpetrandum, vnicum tantum efficiunt peccatum, etiam si illi actus fuerint interrupti: quales sunt passus itineris, preparatio equi, lancee, aliorumque armorum vna cum desiderijs varijs, vicibus interruptis, verbo, esu & sono renouatis, eius, qui vadit ab occidendum alium triginta vel quadraginta miliaribus distantem: nam licet illi actus in genere entis considerati, singularim sint multae & variae res: tamen considerati tanquam via & partes ipsius peccati, quibus totum peccatum est consummandum, non amplius quam vnum peccatum efficiunt: sicut lapides, columnae, ligna, reliquaque materia vnius domus multa sunt secundum se sumpta: ceterum omnia simul considerata tanquam partes vnius domus, non amplius quam vnicam domum conficiunt.

17. Nunc autem ad soluendas sex quaestiones ab hinc aliquibus mensibus nobis propositas, addimus *primo*, quod non solum plures actus exteriores, tendentes in vnum peccatum principale, qui diuersi sunt in genere entis, censentur constituere vnum peccatum in genere moris, saltem quoad effectum confitendi numerum peccatorum, quando vnus est in alium via: sed etiam quando quis vno impetu fertur in illos omnes. Tum argumento praefati cap. *cii pro causa a* quatenus probat, eum, qui vno impetu pluries percutit clericum, semel tantum excommunicari. Tum argumento aliorum iurium, per quae Ioan. Andr. *b* concludit, quendam Angulicum, qui tres ictus vno impetu intulit clerico, semel tantum excommunicatum fuisse. Tum quod ille vnicus impetus videtur includere quandam vnitatem in genere moris, & efficere, vt quadam tenus vnus eorum sit ad alium via, vel consequens: licet suapte natura in genere entis per se subsistat. Tum, quod qui vnicu impetu bis, vel ter appellat, semel tantum appellasse dicitur, *c* & qui bis, vel ter eandem rem in testamento, vel codicillis legauit, videtur semel legasse *d*.

Addimus *secundo*, quod sicut actus praebuli ad actum principalem peccati, non augent numerum peccatorum necessario confitendum: ita eadem ratione nec consequentes, nec subsequentes actum principalem peccati: quales videtur esse actus, quibus quis fecit aliquod peccatum principale: & postea inordinate gaudet, laetatur, tristatur, dolet, vel loquitur de illo, vel accessorij eius. Tum quod eadem ratio videtur, & sic idem est de vtriusque iudicandum. *e* Tum quod qui furatus est infantem, qui apud eum adoleuit, vnum furtum fecisse dicitur. *f* Tum quod pauci, collatione aliorum, inueniuntur, qui post vindicatum iniuriam: post fornicationem in domo sua secure habitam: post furtum & dolum admissum, non velint, dicant, vel faciant aliqua inordinata, gaudendo, comedendo, bibendo, & ridendo, iuxta illud *g* *Latentur cum male fecerint*; attamen nemo dicit eorum omnium numerum nominatim esse confitendum. Tum quia totus Ecclesiae

Christiane vsu
fiteri, se occid
luntatum, & ali
homicidij, ita
actuum conseq
verbis, vel fac
confiteri pri
dictorum, &
cit confiteri p
tatum, dicto
Tum quia, lic
cara mortifere
contritio, per
perueniat ad
tis, & huius v
merus conu
sario ad iudic
pulehite decl
ante actu prin
soleant habere
Iurare ferend
Arbitrabamur
neatur confite
cedentes, & o
qui bis conu
bis conuissis, i
est communi
neq; consequ
colloquia ver
la, & consequ
Non autem t
principale: quo
se, vel ordinat
sunt illi ex na
riguntur: nam
via furatur, ra
& colloquia
verum etiam
diuersa comi
uersi mali, in
sibus confes
Ex quibus
& consequent
ptio, illa sint
ctum, vt con
illa, non tamen
di numerum e

f Item qui
ff. de visu, c. 8.
l. qui vniuers
ff. de edq.
possess.

b De sent. ex
comm.

b In dicto
Mercur. c. de
licium, de
reg. iur. li. 6.

c Cap. Lothar
ius ad iudic
gl. verbo ap
pellauit 3 i.
qu. 2.
d. l. cum quaz
fio C. de lo
gar.

e Illud ff. ad
l. Aquil. c. du
du 2. de elec.
ff. inficiendo
parag. infans,
ff. de furtis.

g Proverb. 2.

Chri-

Christiane vsus videtur habere, quod sicut sufficit homicidē cōfiteri, se occidisse talem hominem, non confitēdo numerū voluntatū, & aliorum actuum inordinatorum pręambulorū illius homicidij, ita sufficit cōfiteri illud, non confitendo numerum actuum cōsequentium, quibus id ei placuit, & mōstravit alijs, verbis, vel factis placuisse sibi. Et quod sicut fornicanti sufficit confiteri principale actū, non cōfitendo numerū voluntatum, dictorum, & factorum pręambulorum inordinatorum, ita sufficit confiteri principalem actū, non confitendo numerū voluntatum, dictorum & factorum inordinatorum, consequentium. Tum quia, licet singuli pręfatorum actū sint per se ipsos peccata mortifera quoad iudicium Dei exactū: & licet oporteat, vt contritio, per quam sunt remittenda, formaliter, vel virtualiter perueniat ad omnia illa, quoad tamē iudiciū salutare pœnitētis, & huius vitę, quod facere debet cōfessarius, satis est, vt numerus eorū sic pateat ei, vt status pœnitētis satis pateat cōfessario ad iudicandum qualem ei debeat exhibere medicinā, vt pulchre declarauit Caietanus. ¶ Cum ergo cōmuniter post, & ante actū principale multa cogitata, dicta, & facta inordinata soleant haberi, satis cōstat cōfessario quoad iudiciū suum salutare ferendum status pœnitētis, quoad illam speciem peccati. Arbitrabamur autē, quod licet, qui rē habuit cum aliqua nō teneatur cōfiteri colloquia, oscula, & alios huiusmodi actus antecedentes, & consequentes propinquos ad coitū: tenetur tamē qui his coiuit, etiā si vnus actus sit propinquus alteri, dicere se his coiuisse, illa ratione diuersitatis, quod vnus coitus istorū nō est communiter via, neque pręambulum ordinatum ad alterū, neq; consequens illum, neq; quis vno impetu fertur in ytrūq; colloquia vero, oscula, & amplexus sunt cōmuniter pręambula, & consequentia coitum, quem pręcedunt, vel consequuntur. Non autem sine causa adiecit supra, *Tēdentes ad vniū peccatū principale*: quoniam si actus illi sunt peccata separata secundum se, vel ordinātur ad alia peccata, tot peccata cōmittuntur, quot sunt illi ex natura sua, vel quot sunt fines deprauati, ad quos diriguntur: nam qui pergit ad homicidium perpetrandum, & in via furatur, rapit, peierat, blasphematur, vel suum esum, potū, iter, & colloquia non solum dirigit in homicidium conceptum, verum etiam in adulteriū, infamiam, & sacrilegia, tot peccata diuersa cōmittit, quot sunt ibi actus in se mali, & quot fines diuersi mali, in quos diriguntur: quod ipsum est dicendum de actibus consequentibus, & de illis, in quos vno impetu fertur.

Ex quibus *infertur primo*, quod licet, quādo inter pręambula, & cōsequentia, & actū principale sit aliqua notabilis interruptio, illa sint peccata diuersa, etiā in genere moris, etiā ad effectum, vt cōtritio formaliter, vel virtualiter debeat peruenire ad illa, nō tamē videtur diuersa quoad effectū necessario cōfiterendi numerū eorum, eo quod sine illa specificatione satis videtur constare

Tom. 1. De
pulsor.
Opus. 1. q. 9.

constare status cōfitentis, quoad iudicium salutare sacerdotis.
 18. Infertur secundo decisio primę prædictarū sex quæstionum, scilicet, quod qui eodē impetu dicit alteri quatuor, vel quinque iniuriosa verba significātia diuersas iniurias, puta quod sit fur, falsarius, hæreticus, censendus est peccare diuersa peccata. Tū quia nō sunt antecedētia, neq; consequentia ad vnū principale peccatū, neque sunt vnū, neque vnus speciei. Tū quia, licet qui vno impetu infert clerico tres ictus, nō sit nisi semel excōmunicatus: si autē vno impetu, etiam vnico ictu tres ferit clericos ter est excōmunicatus, secū dū Ioan. Andr. a Tum quia eadem ratione qui ferit, & blasphemat, & hæresim asserit, tria peccata committit cū numero necessario cōfiteāda: b qui vero dicit totidē verba iniuriosa, significantia tantū vnā iniuriam: vt qui appellat aliquē quater, vel quinquies furē, hæreticū, vel latronem, vnum tantū peccatum admittit, quoad necessitatem cōfiteādi, numerum, instar bis, vel ter, vnico contextu appellantis.
 Infertur tertio decisio secundæ quæstionis: scilicet quod qui dicit alicui vnū verbum iniuriosum, & ille respondet, vnde prouocator replicat eidem dicens tria verba iniuriosa, peccat tria peccata, si tres diuersas iniurias significant: vnum autem solum, si tantum vnā.

Infertur quarto decisio tertie quæstionis: scilicet, quod qui imprecatur mortem alicui, & toti familię eius, duo tantū peccata cōmittit, non tot quot sunt persone familię. Tū quod tota familia pro vna persona ficta accipitur. d Tū, quod familia, licet significet multos, eos tamen colligine tanquam vnum corpus fictū significat. Tum quod qui vnā domū vult inflāmare, vel exurere, nō videtur peccare tot peccata, quot partes habet, sed vnum: quia vnum corpus compositum ex multis vult inflāmare, vel exurere. e Et qui vult furari vnā myriadē ducatorū, vel vnū aceruum tritici, vnum solum peccatum videtur peccare. f

Infertur quinto decisio quartæ quæstionis: scilicet, quod qui blasphemando maledicit D. Petro, & vndecim Apostolis, duo tantum peccata videtur admittere eisdem rationibus.

Infertur sexto decisio quintæ quæstionis: scilicet, quod sex peccata peccat, qui peccans, mollitiei peccatū inducit sibi successiue in memoriam, vt magis delectetur, virginem, viduā, nuptam, cognatam, & monialem: quia sunt quinque peccata diuersarum specierum: cum virtualiter prædictis quinque commisceatur, vel eis mortiferē delectetur, & nulla illorum sint antecedentia, vel consequentia alterius.

Infertur septimo decisio sextæ quæstionis: scilicet, quod semel tantum videtur peccare, quoad necessitatem cōfiteādi numerum, qui post vnā fornicationem cum amica habitam, eam vigesies osculatur, non ad iterandam fornicationem, sed ad maiorem delectationem: quia illa omnia oscula videntur consequentia fornicationis, & rei iam habitæ.

Infertur

a In dicto
 Mercur. cap.
 de iur. de
 reg. iur. l. 6.
 b Arg. l. præ-
 ter, par. in
 ff. de iniur.

a Dicto ca.
 Lotharius
 ad iur. gl.
 ver. appel-
 lant, 31. q. 2.

d l. 1. ff. de fam.
 furum fecit
 ff. de iur.

e Arg. l. cum
 qui, ff. de usu
 cap.
 f Arg. l. vul-
 garis, ff. de
 furtis, & cap.
 vulgar. de
 pen. dist. 10.

Infertur
 committer
 mulierē pe
 mum totie
 luntatē pec
 teriore pro
 si diem in
 cis cātileni
 qua ipsam
 pessimū ea
 non interr
 uius, quā
 adhibet, si
 ludia ad pr
 lam volunt
 rius simile,
 consequēd
 cata tenebi
 huiusmodi
 volitiones
 tione, & co
 19 Decimo
 peccata mo
 Millies pei
 Millies feci
 alicui, vt in
 feci ad sine
 hil deest ad
 claris verbi

Vndecimo
 necessario
 niam in his
 est, quādo
 aut factum
 & nō solum
 fecit, sed et
 prouocare
 genere bon
 malū, præb
 rio casu diu
 fere corā al
 fere peccat
 partem affi
 quod licet
 occulte, no
 speciale, qu
 tur, quōd v

Infertur *o* *fratris* solutio illius questionis, quot nempe peccata committeret ille, qui longè tempore illicitis amoribus irretitus, mulierem persequitur, sed non potitur ea? Dicimus enim ut minimum toties illum peccare, quoties interrupt malam illam voluntatem peccandi conceptam, cessando ab impendenda opera exteriori pro illo tempore, & iterum postea illam continuat. ita quod si diem integrum, vel noctem, aut partem eorum insumpsit musicis canticis, quò mulierem alliceret, vel opportunitati captandæ, qua ipsam alloqueretur, vel alijs officijs, quibus in illum finem pessimum eam flecteret, quoad talis voluntas, & opera exterior non interruptitur, vnum tantum peccatum erit, licet tanto grauius, quanto diuturnius. At verò si opera illa exteriora, quæ tunc adhiberentur, finita, vacat alijs negotijs, quæ non sunt via neque præiudicia ad prædictum opus, & iterum redit ad eandem illam malam voluntatem solam, vel ad aliam faciendi aliud opus exterius simile, vel dissimile præcedentibus ad prauum illum finem consequendum, peccatum aliud committet, & tot subinde peccata tenebitur confiteri, quot interruptiones, aut renouationes huiusmodi interuenerint, præter multas alias voluntates, seu volitiones absolutas, quas habuit absque operis consummatione, & confitendo numerum verisimilem eorum, satis faciet.

19 Decimo dicimus, quod poenitens potest vnico verbo mille peccata mortalia confiteri, veluti dicendo: Millies blasphemauit: Millies peieravit: Millies fornicatus sum: Millies occidere statui: Millies feci contra meum votum, vel iuramentum: Decies consului alicui, ut in peccato mortali perseveraret: Illud aut illud toties feci ad finem fornicandi: quoniam huiusmodi confessioni nihil deest ad ipsius integritatem, etiam si tot peccata paucis, sed claris verbis expresserit, ut nos *a* post Caietanum diximus.

Vndecimo, quod circumstantia scandali in duobus casibus est necessario confitenda, secundum omnes, uti nos *b* diximus. Quoniam in his vnum ex tribus illis supradictis efficitur. Prior casus est, quando scandalum est formale, hoc est, quando aliquid dictum, aut factum fuit animo prouocandi alium ad peccatum mortale: & non solum tenetur confiteri id quod prædicto animo dixit, aut fecit, sed etiam tenetur explicare illam peccati speciem, ad quam prouocare intendebat. Posterior casus est, cum per opus suo genere bonum aut indifferens, secundum speciem tamen & apparentiam malum, præbetur occasio peccandi mortifere. Super alio vero tertio casu diuersa est auctorum sententia: videlicet cum quis mortifere coram alijs peccat absque proposito prouocandi eos ad mortifere peccandum: nam *Adrianus* & *Ioannes Maior* & *Syluester* sentiunt partem affirmatiuam beatus autem *Thomas* negatiuam, quatenus ait, quod licet grauius peccet, qui peccat publice, quam qui peccat occulte, non tamen ob hoc dicitur communiter peccatum scandalum speciale, quod ipsum affirmat *Caietanus*. Nobis idem nunc videtur, quod ubi supra visum fuit: nempe quod priori opinioni sit locus,

a In prin. de cap. confid. ret. nu. 170. bin. c. 1. par. animæ ducere. nu. 5. de pecc. di. 3.

c Perditio sup. in c. præced. num. 2. *a* In 4. de sacram. confess. qu. 4. *b* In 4. di. 38. qu. 3.

e In summa verbo scandalum, qu. 6. d. 2. q. 43. art. 3.

e In summa verbo scandalum. *f* par. animæ aduertit.

locus, quando eiusmodi peccatum per eiusmodi personam, vel in conspectu eiusmodi hominum admittitur, quod verisimiliter id videntes peccati occasionem accipient; opinioni vero posterioris S. Thomæ sit locus, quando non fit per talem personam, nec coram talibus, ut ibidem latius extendimus.

20 Duodecimo dicimus notandum esse, cum qui obliuiscitur confiteri circumstantiam necessario confitendam, non obligari ad iterum confitendum peccatum, quod iam est confessus; sed satis est ei, ut solam circumstantiam confiteatur, verbi gratia iuravit quis, se non iniecturum manus violentas in Clericum, non furaturum, non blasphematurum; deinde percussit clericum, furatus est, blasphemauit; post quod confessus est se illa fecisse, oblitus dicere, quod antea iurauerat se illa non commissurum, non tenetur ad iterum confitendum illa, sed satis est confiteri, quod semel, bis, ter, vel toties, licita iuramenta fuit transgressus, vel confiteri, se fecisse aliqua opera in se mala, quæ se non facturum antea iurauerat, quod g latius tradidimus.

Neque obstat, quod ut quidam opponit: si ut nos approbamus, non est necesse confiteri illas circumstantias, quæ notabiliter aggrauant non mutando speciem, sequeretur, quod sufficeret fornicanti corde & opere confiteri peccasse corde, non exprimendo, quod opere compleuerit. Et quod qui ter sola mente peccauit, & bis mente & opere, satisfaceret confitendo se quinque decreuisse fornicari. Sequeretur item posse confitentem respondere Confessario interrogati, an opere peccauerit, quod non; quia potest negare illa quæ non tenetur necessario confiteri, qualia sunt venialia, & etiam mortalia iam legitime confessæ. Ad quæ respondetur, negando eiusmodi consequentias, quia conclusio nostra, quam ipse quoque probat, loquitur de circumstantia peccati, & non de peccato, neq; de ipsius perfectione, ad quæ fiunt consequentia: nam peccatum operis non est circumstantia peccati mentis, sed peccatum, & perfectio peccati cordis, & à diuersis non fit illatio, h & peccata operis oportet confiteri, quia tenemur confiteri omnia peccata i vt supra k post S. Tho. l declarauimus, addentes rationem, quæ et sufficiat confiteri peccatum operis sine confessione peccati cordis; & non è contrario, peccatum cordis sine peccato operis.

Quod pœnitens debeat famam proximi conseruare, non manifestando complices delicti.

C A P V T VII.

- 1 Manifestare aliena peccata qua lege prohibita.
- 1 Confessio sacramentalis qua lege debet esse integra.
- 1 Legum duarum contrariarum vtra potior.
- 3 Pœnitens non debet nominare personam cum qua peccauit.

3 Circum-

g In dicit. e. consideret, num. 104.

h l. Papiniani, ff. de minoribus, &c. ad audientiam, de decimis. i Cap. omnis de pen. & rem. k In Prælu. 7. num. 9. 20. l ibi citatum.

- 3 Circumstantia
- 4 Confessor scilicet
- 5 Pœnitens quod
- 5 Pœnitens quod
- 6 Communicatio
- 7 Confessarius
- 8 Verecundia

1 Pro fun... primo, in... ta ea ignoran... tum, vt dixim... sexta conclusi... mus, & infra

Secundo pra... sacramentalis... mino nostro

Tertio præsi... aliquo casu co... tenda, tunc te... ferri, & hæc i

2 Ex quibus... re personam

Secundo info... velle nomina

duxit, vel à qu... currere, ipsūq...

3 Tertio info... quod quādo o

manifestari absq... la reuelari: op

& Hostien. & d... bet circumstan

terum de duo... tēte, qui com

stitit mediate... mater, vel fili

dum exprime... tur circumsta

lex de non in... tem, quæ iub

ita hæc debet... quia secundu

peccatum, qu... probabile da